

Dela lib. et coll. Lluerca.

GASP. SCIOPPII  
C O N S I L I V M  
R E G I V M

O I T R E T T I N Q V O

A duodecim Regibus & Imperatoribus Catholico-  
Hispaniarum Regi demonstratur, quibus modis -  
omnia bella feliciter profligare  
possit.

A C C E S S I T

Stemma Augusta Domus  
A V S T R I A E


Veram eius partim ab antiquissimis Vindonissæ Comitibus,  
partim à Catholicis Gothorum & Hispanorum Regibus  
originem locupletissimis monumentis testatam  
exhibens.

I T E M  
Classicum Belli Sacri.

Primum quidem

T I C I N I

Typis Petri Bartholi, Anno M.DC.XIX. excus.  
Nunc verò Francofurti anno eodem recusum.



# DOMINE

**D**ILECTA M A TE HOC TEMPORE CLASSEM IN-  
STRUI, & MAGNUM HAUD DUBIE BELLUM DILI-  
GENTISSIME COMPARARI, PER VNIUERSAM EURO-  
PAM FAMA PERCREBUIT. ET BONI QUIDEM OM-  
NES BONAQ; FIDE CATHOLICI ANIMIS AC LINGUIS  
MAIESTATI TUA FAUENT, VTQUE QUOD AGIS PRO-  
SPERE & EX SENTENTIA PROCEDAT, COMPRECAN-  
TUR. QUI VERO CHRISTI & ECCLESIE ROMANÆ  
HOSTES, QUI HOSTIUM CHRISTIANI NOMINIS FEDERATI, QUI DENIQUE SECTA-  
RIORUM BENEVOLENTE SUNT, SUUMQUE PATROCINUM EIS PROFITENTUR,  
QUICQUID OLIM MERUERUNT, ALIQUANDO EXPECTANT, & NULLO NON DI-  
RARUM GENERE CONSILIA TUA CONATUSQUE PROSEQUUNTUR. QUID MIHI  
SIT ANIMI, NIHIL APUD TE COMMEMORARE ATTINET. NEC ENIM HERI AUT  
AUDI STERTIUS, SED IAM PLURIBUS AB HINC ANNIS MEAM ERGA ECCLESIAM  
CATHOLICAM, ERGA AUGUSTAM DOMUM AUSTRIAM, ERGA TEIPSUM DE-  
NIQUE FIDEM AC DEUOTIONEM TIBI COGNITISSIMAM CELLE, APUD CONSILIARIOS  
& INTERIORIS ADMISSIONIS CUBICULARIOS TUOS, PRÆCIPUE VERO  
APUD SERENISSIMAM & RELIGIOSISSIMAM MATER TERRAM TUAM MARCA-  
RITAM AVSTRIAM, SACRATISSIMI D. N. IMPERATORIS GERMANAM,  
FASSUS ES. HOC AMPLIUS AUTEM & HABITO MIHI HONORE LONGE MERITIS  
MEIS MAIORE, & REGIANA IN ME MUNIFICENTIAM ASSIDUÈ EXERCENDO, CU-  
MULATISSIME PRÆKITISTI, QUOD MIHI, CUM ME ADMISSUM INCREDIBILI  
HUMANITATE AUDIUISSES, POLLICERI TE MEMINI, TE QUÆ TUA DE ME ESSER  
EXISTIMATIO, REBUS IPSIS MOX DECLARATURUM. NON Igitur necesse ha-  
beo vereri, ne parum Tibi probem, quod Tibi in tantæ molis expe-  
ditione nunc occupato consilium subiicere non dubitem. Nimi-  
rum nec morem meum constanter obtinetem, nec Fidei, quam  
AVSTRIÆ DOMUS CONSILIARIUS PROFITEOR, SATISFACEREM, NEC DENI-

GASP. SCIOPPII  
CONSLIARII REGII  
CLASSICVM  
BELLIS SACRI  
SIVE  
HELDVS REDIVIVVS  
HOC EST;  
Ad Carolum V. Imperatorem Augustum  
SVASORIA

*De Christiani Cæsaris erga Principes Ecclesiæ rebelles of-  
ficio, deg̃ veris compescendorum Hæreticorum, Ecclesiæq;  
in pace collocanda rationibus.*



TICINI  
Typis Petri Bartholi, Anno M. DC. XIX.

HELDVS REDIVI  
VVVS  
S I V E

Ad Carolum V. Imperatorem Augustum  
SVASORIA

*De Christiani Cæsaris erga Principes Ecclesiæ, re-  
belles officio, &c.*



V B E S , Sacratissime & Inuictissime Imperator , vt  
quid mihi aduersus Protestantium Principes atque  
Ordines, toties iam de vi ac sacrilegio postulatos , vi-  
dearis suscipere debere , pro ea , quam tibi voui ac iu-  
raui fidelib[er]e aperiam . Parebo Maiestatis tuæ volun-  
tati , & quamuis fratri tuo Ferdinando Romanorum Regi , Anto-  
nij Perenotti Granuelæ consilium impense probari sciam , te dissu-  
mulatis offensis fædere cum Protestantibus inito , Germaniæ vni-  
uersæ vires , ad Turcam omni Vngaria exuendum conferre debere  
existimantis , quæ quidem res non immerito vereri me facit , ne me  
idem Granuela more suo apud Ferdinandum criminetur , quod tur.  
mea in consulendo vehementia vtilitatibus eius obstat , ac partim  
neauxilia ei à Protestantibus in Vngariam submittantur , partim ne  
Protestantes in filium posterosque Imperium propagare ambienti  
suffragentur , impediam: non tamen committam , vt tanta in re , vbi zelum inui-  
Dei gloria , & totius pæne generis humani salus agitur , fidele à me sus.  
consilium tibi defit . Ipsam porro Sententiam meam tribus omni-  
no capitibus complectar , quorum primum erit , quid ex officio in

B

Religio-

Granuelæ cō:  
filia Ferdi-  
nandi priua-  
tæ vtilitati  
velificaban-

Heldus Gra-  
nuclæ ob in-  
tegritatem ,  
& religionis

zelum inui-